

- Aestuat in totas placido moderamine partes,
 Laedere nulla valent cui nusquam nubila vultum
 Ora neque imbrifera obscurantur nube serena,
 Perpetuoque suam conservat sidere lucem.
- 75 Mitigat ille Notho sevas surgente procellas.
 Gaudet Arar, Rhodanus, Ligeris, Mosa, Rhenus et horum
 Laetitiam pariter fastu celebrate, coloni.
 Aurea lux terris caelo demissa relucet,
 Quae mare, quae tellus, quae totum mitigat orbem,
- 80 Quae sevos populos subigit gentesque refrenat:
 Legibus innumeras totumque coherceat orbem,
 Urbibus antiquis quae publica iura resolvet.
 Oppida nulla timent rigidi discrimina ferri,
 Seditio scelerata fugit tristisque tumultus,
- 85 Una datur toto requies moderamine mundo.
 Arma iacent imis furiosa immersa tenebris,
 Improba colla gemunt duris constricta catenis
 Martis in undoso vinctis posterga lacertis
 Carcere, seva furit cecis Bellona tenebris.
- 90 Victa fremit spoliata manus sine pondere ferri.
 Proelia cuncta silent, pacem gens omnis amabit.

71 'Astuat' W. 'uultu' L. 74 'que' fehlt in L. W. 76 'hodanus' W.,
 'rodanus' L. 77 'celebratur' verb. 'te' L., 'celebrata' W. 78 'dimissa' W.
 79 'que et tellus' L. 80 'refrenat gentesque subigat' L. W. 81 ' . .
 egimus' L. 84 'seelerata' L. 'timultus' W. 85 'torto' L. 87 'Im-
 broba' verb. 'proba' W. 'gemant' L. 'diris' L. 88 'mundoso' L., 'in
 undoso' W., 'umbroso' verb. Traube. 'post' L. 90 'spliata' L.

72 Met. V, 512 'toto nubila vultu'. 73 Georg. I, 461 'serenas |
 . . nubes'; Luc. IX, 455 'imbriferam . . nubem'. 74 Karol. M. et Leo 21
 'Iste suam aeterno conservat sidere lucem'. 76 Fortun. C. VI, 10, 55
 'Arar Rhodanusque'; Theodulf. ad Carol. 3 (Poetae lat. I, 483) 'Si Mosa,
 Rhenus, Arar, Rodanus Tiberisque Padusque'. 78 Iuvenci H. E. III, 15
 'lux aurea'; Met. I, 261 'demittere caelo', vgl. Ecl. IV, 7—9. 79 Luc.
 Ph. I, 110 'Quae mare, quae terras, totum quae continet orbem'; Ex P.
 I, 10, 9 'Quod mare, quod tellus'. 80 Met. XI, 299 'reges gentesque
 subegit'. 81 Ex P. II, 1, 22 'Innumeras gentes'; Met. I, 31 'solidum-
 que coercuit orbem'. 82 Luc. I, 27; Aen. IV, 27 'tua iura resolvo'.
 83 Rem. 19 'rigido . . ferro'. 85 Aen. VI, 600 'nec fibris requies datur'.
 86 Tr. I, 9, 55 'tenebris . . in imis'; Calp. Ecl. I, 53 'Inmergentque caput
 tenebris'. 87 Luc. Ph. IV, 421 'constricta catenis'; Art. I, 215 'onerati
 colla catenis'; Karol. M. et Leo 39 'Impia colla premit rigidis constricta
 catenis'; Am. I, 6, 1 'dura religate catena'. 88 Tr. III, 10, 61 'vinctis
 post tergum capta lacertis'; Met. VI, 552 'flexis post terga lacertis'.
 89—90 Luc. Ph. I, 565 'Bellona . . | Saeva'; Aen. VI, 734 'clausae te-
 nebris et carcere caeco'; Iuvenci H. E. I, 761 'caecis dimersa tenebris';
 Calp. Ecl. I, 46 'dabit impia victas | Post tergum Bellona manus spoliata-
 que telis'. 90 Luc. Ph. IV, 776 'ac pondere ferri'; Karol. M. et Leo 423.